

Johannes Bocer

**IOHANNIS BOCERI || AEGLOGAE || SEPTEM.|| AD ILLVSTRISSI=||mum Principem
et Dominum, Do=||minum IOHANNEM ALBERTVM,|| Ducem Megalburgensem
etc.|| Principem et Mecoena=||tem suum optimum || et clementiÑi=||mum.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1563

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1755379595>

Druck Freier  Zugang





Cq - 1271.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn175537959/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn175537959/phys_0003)

JOHANNIS BOCERI

ÆGLOGA
SEPTEM.

AD ILLV STRISSI-
mum Principem & Dominum, Do-
minum JOHANNEM ALBERTVM,
Ducem Megalburgensem &c.

Principem & Mecœna-
tem suum optimum
& clementissi-
mum.



ROSTOCHII

EXCVDEBAT STEPHANVS
MYLIANDER.

1563.

28. 14.

INCLYTO HEROI D.
IOHANNI ALBERTO Duci Me-
gapolæo &c. Strenuo uirtutis cultori,
& uene de Deo doctrinæ, bonarumq;
artium adsertori & defensori
uigilantissimo, Principi &
Mecœnati suo optimo
& clementissimo.

BElliger, & ueris celeberrime laudibus heros,
Qui decoras summis rura paterna bonis.
Qui pater es patriæ, Clarie tutelaq; gentis,
O & fortunæ pars ueneranda meæ.
Dum pastorali libuit mihi ludere Musa,
Pene nec affuetas ire, redire uias:
Plurima miscuimus confictis seria rebus,
Dum mea non uno fata tenore fluunt.
Accipe sylvestris sylvestria dona Poëtæ,
Et mihi da frontis mitti signa tuæ.
Nil ego plus posco: Quod si mea scripta probabis,
Sceptrigerum spernam cum Ganymede Iouem.
arūs honos rectè doctas inflasse cicutas,
Rarior à docto Principe posse legi.

JOHANNES BOCERV.

D.
le-
ri,
3

VIRO CLARISSIMO
ET ELOQVENTIA ET DOCTRINA
ornatissimo D. M. ANDREÆ MYLIO,
Illustrissimi Principis & Domini, Domi-
ni JOHANNIS ALBERTI Ducis Me-
gapolai &c. Consiliario, & Acha-
ti fidiss. patrono suo optimo
& meritissimo. S.

JOHANNES BOCERVS.

BSI HOC TEMPORE ALIUS
Studijs occupatus, & præce-
pue perturbatus fui, Andrea
Myli uir clarissime: tamen Æglogas,
quas ante aliquot annos lusi, & primam
Borussum, Alteram Vernouium, &
tertiam Thuisconem propter argumenti
rationem & complexionem inscripsi, iam
denuo in manus sumendas, & accuratio-
ri lima recognoscendas duxi. Cum uero
cogitarem, quam proprietatem, peculia-
remq; elocutionem hoc orationis genus re-

A 2

quire-

quireret, & quam in hoc scribendi gene-
re inexercitatus essem: dubitare cœpi,
an diutius has Æglogas in scrinijs meis
tineas pascere, an uero illas in lucem
prodire, & uaria hominum iudicia subi-
re permetterem. Sed cum plerasq; ex his
non alienas esse intelligerem, à celebrita-
te & amplitudine nominis, Illustrissimi
Principis Iohannis Alberti &c. facile
in eam sententiam adductus sum, ut eas
diuulgarem, & potius qualiacunq; ho-
minum iudicia subirem, quam ullam oc-
casione, aut leuisimum aliquot argu-
mentum negligenterem, quo de omnibus li-
beralibus studijs, & de me tam optime
merito Principi gratias agere, & pro-
pensa voluntatis cupiditatem, cum am-
plius fortuna mea nihil sinit, demonstra-
re possem. Nam immortalia & maxi-

ma

ma Iohannis Alberti Ducis Megapo-
lei &c. in Ecclesiam, & hanc Aca-
demiam Rostochianam merita, & in me
singularia beneficia, cogitatione aliquo
modo comprehendendi, sed nulla uoce expri-
mi, aut compensari possunt. Cum uero
bis tribus Æglogis recognoscendis inten-
tus essem, & animi cogitatione & spe-
culatione curriculum eorum temporum,
in quibus scriptæ sunt, comprehende-
rem, & illis præsentia tempora conser-
rem, uehementer cœpi perturbari: &
non tantum memoria tumultuum & per-
turbationum, quas proximis his annis in
Germania perpeSSI sumus, inhorui:
quantum omnium malorum, quibus no-
stra tempora scatent & parturiunt, ua-
rium & tristem euentum suspenso & tri-
sti animo perpendi. Sed tandem pijs uo-

A 3

tis ad

tis ad æternum numen effusis, ut pœnas
et calamitates nostri seculi mitiget, et
ab eo coetu, qui ueram de Deo doctrinam
amplectitur et retinet, clementer auer-
tat: et omni cura et solicitudine deposita,
solito naturæ impulsu, et Musarum
amore, me ad suauissima Phœbi uirida-
ria recepi: et recreationis gratia, qua
hominum natura ad moderatam quietem
nata carere nequit, his Æglogis quas
ante aliquot annos composui, alias qua-
tuor adieci: idq; feci, Andrea Myli,
iudicio et uoluntate commotus atq; in-
census potissimum tua. Cum enim nuper
in familiari colloquio nostro intelligerem,
lectione Æglogarum, post curas et
molestias, quas crebras et maximas, af-
fidius Illustrissimi Principis tui Achæ-
tes sustines, te uehementer delectari et
refici:

refici: maiori certe alacritate & stu-
dio hoc scriptio[n]is genus suscep[er]i. Etsi
uero ab hac arrogantia & s[ic] animus
meus alienissimus est, ut sperem incultis
& iejunis meis Musis, me quicquam de-
lectationis aut uoluptatis tibi politissimo
& doctissimo homini adferre posse: ta-
men hanc scribendi fiduciam mihi præstis-
tit singularis tuus in literas humaniores
amor, omniumq[ue] bonarum artium, &
poetices perfecta noticia. Scio enim,
quoties pre aulicis occupationibus licet,
te non solum in illud penetrare, Cicero-
nis & tuæ eloquentiae, aperto & rotun-
do ore descendere: uerum etiam omnia
doctrinarum studia cognoscere, & poe-
tarum flores audiissime decerpere: teq[ue]
scripta non solum ueterum, sed & no-
strorum hominum diligenter perlegere:

A 4

& de

et de soluta et ligata oratione in utraque
lingua, sapienter et grauiter, et elegan-
ter et ueré iudicare posse. Si ad hoc
tuum studium ego uel parum deleclatio-
nis adferre possem, iure certe id facerem:
nam me tibi immortalibus beneficijs ob-
strictum, grata mente lubenter profi-
teor: et nullam colendi officij faculta-
tem me preterire debere agnosco. Si
itaque studium et uoluntas mea tibi pro-
bata fuerit, uberrimum, huius meae ab
honesta deleclatione petitiae recreatio-
nis, fructum me consecutum puto. Iam
quod super est, Myli clarissime, etiam
atque etiam te rogo, ut hasce Elogias,
principue illas, quae proprie celebratio-
nem, et ueras laudes Illustriss. Prin-
cipis Iohannis Alberti, continent, ipsi-
us Celsitudini, cum per otium licebit, de
meliori

meliori nota commendes: & quamuis te-
nues & impolitæ sint, & diuinæ ipsius
laudes, ita ut deceret, exprimere non
possint, nec in hoc à me conseclæ sint: Ut
tamen illas, ceu per petuum uoluntatis
& obseruantiae meæ testimonium acci-
piat: meq; solita fauoris & clementiae
gratia benigne ampliætatur, Celsitu-
dinem ipsius orare, & tuo iudic-
cio & authoritate permoue-
re non desinas. Rostockij 5. Idus
Januarij.

Anno 1563.

A5

BORVS

BORVSSVS

ÆGLOGA I.

Forte senex celsa consedit rupe Borussus,
Bregula quæ liquidas uario curuamine lymphas
Per Letos diffundit agros, quos aspera bello
Gens arat, & uetres commendat Marte Prutenos.
Hic pater ut nitidas urbes, terrasq; iacentes,
Et latè circum uirides confexerat agros,
Incipit, & tali iucundas Carmine sylvas
Replet, & aëriæ uocem posuere uolucres,
Et posuere fer.e, siluerunt murmura uenti,
Dum canit, & tacito tacuit nemus omne susurro.

Fortunate nimis nostras qui Bregula terras,
Æternis penetras undis, populosq; salutas,
Inlyta quos ambit diuerso Prussia flexu.
Te non difficulti fors in tellure locauit,
Sed quoscunq; secas socijs cum fluctibus agros,
Ipsa Ceres illis Siculis ceu præsidet oris,
Et uaria donat felices dote prutenos.
Non tibi magnificæ desunt, quas alluis, urbes.
Non arces, in quas uenatu fessa Diana
Se recipit: tibi non Faunorum habitacula pagi
Deficiunt, Dryadum densis stipataq; syluis,
Turba nouos ambit, uetres aut plorat amores.

Pascua

Piscua tu miseris solatia grata colonis,
Tu præbes largas & pectoribus undas.
Tu uarijs opibus, uaria tu pelle ferarum,
Caseolis, & lacte bono tu diues abundas.
Nec ferus indomitis torquet te flatibus aër,
Nec niue perpetua, glacie uel testa rigescis.
Est tibi temperies uicibus mutata benignis,
Ornanturq; tui iucundis floribus horti,
Qui tibi textilibus sertis, decorantq; coronis,
In syluis Dryades, in flumine Naiades udo.
Urbibus in latis nymphas, in nonte bicornes
Et molles Satyros, & rustica numina faunos.
Te maris innumerí sinuoso uortice flexus,
Creber & undarum terra uiridante reflexus,
Et facies nativa loci te reddit amenam.
Et positus natura tuos, & gratia cœli,
Omnigenisq; bonis, & pulcra forte beauit.
Quid referam lacrumas, quales tibi rore perenni,
Dant Phaëtoniades, plenis quas leta canistris,
Colligis herboso resonis sub margine ponti.
Et largè de te totum speciosa per orbem
Munera diffundis, que iam uel uirgo decentia
Impliciti collo, uarie medicina uel usu,
Addidit innumeris, uexane qui corpora, morbis.
O felix merito tellus, nulliq; beatis
Inferior donis. Sed iam tua sola uoluptas,

IIIe

Illa Prutenicas inter pulcerrima Nymphas
Nysa decens, opibusq; potens, & stirpe parentum,
Ablatura tuos procul hinc discedet honores.
Et patrium pre dulce solum, carosq; Penates,
Nysa peregrino relinquet nupta marito.
O felix cuius tam casto pectori Nympha
Iungetur thalamo: cui dotes illa paternas,
Adseret & dulcis solatia dulcia uitæ.
Cui tamen has uolas legimus? cui teximus istas,
Cincta quibus saliet sua tempora virgo, corollas.
Scilicet a magno munus bc. io Nysa Borusso,
Hoc feret aeterni monumentum & pignus amoris.
Nysa uale, requies curarum sola mearum,
Nysa uale: tristis rumpit mihi fletus ocellos,
Sol abit, & uifus, nigrescunt omnia circum,
Omnia sunt lacrumæ, lacrumis ego ringor, & abdo
Triste caput, canumq; suis, & tempore, curis:
Et desolati uacuo pastoris in antro
Horror, & afſiduè subiit mihi tristis imago.

Hactenus ista Borusſus: cum audiueret dolentem,
Vicina strati dum fors iacuere sub ornio,
Astacus Vpilio, diues sed Villicus Alcon.
Qui postquam moestas hauserunt pectori uoces,
Et tristes lacrumas, magni curasq; Borusſi,
Mox illi ut blanda lenirent uoce dolorem,
Et cantu equum consolarentur amicum,

Hos

Hos alternatim cæperunt dicere uersus.

Astacus & prior hæc, sequitur quem proximus Alcon.

ASTAC. Prusiæ Nymphæ, gelidi que succina pontis

Mirandis concreta modis, distinctæq; miris,

Formarum signis, et colla & brachia circum

Candida gestatis, uos aspirate canenti,

Et mecum positis extollite pectora curis.

Illa decus, patrijs & sydus amabile terris,

Et uestri Regina chori, pulcherrima Nysa,

Gaudia prælustri mox coniungenda marito

Concipit, hanc Lycidas patri, & mox auehet oris,

Et sibi perpetuo caram, propriamq; dicabit.

Egregius Lycidas, prestans cui plurima uirtus,

Ornamenta dedit, fecitq; notescere multis

Regibus heroëm, solus qui dote potiri

Et thalamis Nysæ dignus fuit : illius ergo,

Ducite secura noua gaudia ducite fronte.

ALC. Alma Venus, Iunoq; potens, ueneramur amantes,

Quas merito diuas, hoc quis sine numine uestro,

Crediderit factum ? Lycidæ iungetur amanti.

Nysa potens forma, regnis & diues auitis.

Nysa decus patriæ, cœlo qua Iupiter alto

Ipse frui cupiens, humanis anxia curis

Pectora, uitiles illi & bonus inuidet auras.

Vos igitur Dryades, & montis Oreadis alti

Incole, & undarum Nymphæ, cariq; penates,

Prusiæ

Pruſſiaciq; ſoli Genius, quod Nyſa potentis
Et magni Lycide confeſſo flagrat amore
Ponite ſollicitas, bona numina, ponite curas.

ASTAC. Sol qui perpetuos moliris in aere cursus,
Omnia qui cernis, qui conſcius omnia noſti,
Hanc precor, hanc lucem ſubitis propelle quadrigis,
Ascendet Lycide caſtum qua Nyſa cubile.

ALC. Et tu Luna uago qui tempora menstrua motu,
Et ſubitis totum metris cursibus anum,
Dux noctis, noctem bigis uelocibus iſtam
Effr, qua Lycide iungit r candida Nyſa.

ASTAC. Dignus erat Lycidas, uiridi cui nuberet æuo,
Illa puellarum decus, & noua gloria Nyſa,
Nam multas Lycidas augusto pectore dotes
Poſſidet, & laudis ſincero flagrat amore.

ALC. Lucifer ut reliquas precellit lumine ſtillas,
Sic omnes uincit pura probitate puellas,
Nyſa decens, que cum noſtris diſcedet ab oris,
Pan, Faunus, Satyri, moerens & flebit Apollo.

AS T. Gaudebunt Dryades, gaudebunt Naiades omne
Totaq; gaudebit Lycide ſubiecta potenti (nes,
Tellus, tam claram fauſto cum ſydere ſponsam,
Ad patrios diuect agros, propriamq; tenebit.

ALC. Ire cupit, Lycidamq; ſequi cariſima Nyſa,
En cupit, en ultro placidam ſe prebet amanti.
Quis neget? amborum diuini flaminis aura,

Affluit

Afflauit pectus, uincloq; tenace ligauit.

AST. Quis merito Lycidam ueheret non carmine? phœnix
Quem fouet, & raro Musarum munere donat: (bus
Quem iuuenem instituit præclaris artibus Acron,

Acron Cecropia, Romane & gloria linguae.

ALC. Et charites Nysam raro ornauere decore,

Huic dedii ingenium Pallas, Venus auræ formam,

Iuno potens populos, & lati iugera regni.

Quis procul egregiam posset contemnere Nysam?

ASTAC. Maxima uirtutum pietas super æthera tollit

Egregium Lycidam, claræ ne laudis egenus

Possidet in niuco mansuetos pectore mores.

Et decorat magno dignis se principe factis.

ALC. Nysa decus patriæ, patris et iucunda uoluptas,

Edita matre pia, diuino flagrat amore,

Et sanctè superis meritos indicit honores,

Datiq; foci sua thura, uiamq; affectat olymbo.

ASTAC. Sacra colit Lycidas diuini carmina ruris,

Hunc homines etiam sibi conciliare merendo,

Iuſſit Acron, Lycidas quo fido gaudet Achate,

Et soli rerum secreta negotia mandat.

Hæc illi: & placida letatus uoce Borussus,

Di faciles, dixit, sanctissima cæpta secundent,

Iam cedo. Lycidam pulcherrima Nysa sequatur.

Hosq; leui signans in sagi cortice uersus,

Ad uada Vernouij reliquum cantibitis inquit,

Iam fas

Afflauit

Iam satis, & gelidas iam nos uocat aestus in umbras,
Abluet heſperijs dum currum Cynthius undis.

VERNOVIVS ÆGLOGA II.

Mane subinducta cesserunt sydera luce,
Sola Venus tremulo subiecta lumine terras,
Iam tectura caput, coelo spectabat ab alto:
Cum caput è medijs longè pater extulit undis,
Vernouiusq; noui surgenti, i lumina Solis,
Auroræq; iubar submissa uoce salutans,
Inq; cauo residens, maduit quod fluctibus, antro,
Has tandem læto promisit de pectore uoces.

Expectate uenis Sol ô mitissime rerum,
Sol æui, fatiq; potens, & prescius author:
Quas animo foui curas, quas eger in omnes
Intpui stetus, prius hæc quam luce resulfit,
Clara dies, magnis stirpem que Regibus ortam,
Heroumq; genus, patrijs feliciter oris
Intulit, & pulsis curis, belliq; labore,
Rursus inoffense transmisit ad ocia pacis.
Nam nuper patrias pugnax dum linqueret urbes,
Illa Ducum soboles, magnas & Cæsaris arces,
Infecto quateret bello, patriamq; labantem,
Et libertatem sumptis defenderet armis:

Tunc

Tunc quæ non timui graviora pericula, quales
Pro te, proq; tuis, dux optatisime, rebus,
Sustinui curas (sic fas) & singula luctus,
Fratris & interitus, fortunaq; sœua Georgij,
Cæsaris & robur, longiq; peritis belli,
Auxeruntq; meos rumores mille dolores.
At mihi iam uitreæ suffundit pocula Nymphæ,
Naiades ò fidum famulæ genus: hoc ego latus,
Producis egregij poculum siccabo salute:
Hoc bibet, & necum saliet pulcherrima Leuce,
Leuce quæ imuenem mox amplectura maritum,
Ad nostras ripas curru properabit ouanti.

Inclyte dux salue, primo qui talibus euo,
Effulges factis, tibi longe tempora uitæ
Dent superi, sumitis redeas & talis ab armis
Sepius, atq; auide discant tua facta minores.
Sic equidem uoluebam animo, rebarq; futurum,
Te fore, qui lapsos referas in pristina mores,
Et genus omne tuum cœlo uirtute reponas.
Et bene habet: ueterum sebolem de stirpe parentum,
Et uultus reduces, & pressum casside pectus,
Oraq; cognosco, galea quæ tecta latebant,
Aerias nuper cum Mars sœuiret ad alpes.
Iam mihi securi reuoluta sydere soles
Effulgent rursum, nuper quos turbidus austor
Abstulerat, nimboq; frequens resonante fugerat.

B

Spes

Tunc

Te ste
V
Tecta
Qua
Salta
Hacte
Vos p
Caeli
Nunc
Iuger
Aspi
Letat
Inter
Aut l
Vena
Litt
Adst
Et u
Carr
Lab
Imue
Ille
Fort
Que
His
Auc

Spes erat exiguae lucis, cum cœda per omne
Tempestas cœlum fluxit, texitq; uerendum
Hoc iub. ir, & quicquid magni de lumine solis
Restitit, heu nostris uix tuto luxit in agris.
Tu mihi dux tenebras, træxe fuscatiq; Lune
Lumina clarificas, auræ, Zephyriq; salubres,
Iam redire tuo nobis dux inlyte ductu.
Et redit, in dubia que dudum languida lance,
Unika libertas terrarum cura, pependit:
Et rediit uirgo, cœlum que clauibus æquis,
Iusticie referat sacros & rite labores.
Pax redit, & patriam longè plaudentibus alis
Circumit, & niueis cinctum caput omne coronis,
Voce Deo grata, plenis & laudibus, effert.

Vos quoq; Pierides, gestis que secula rebus,
Digeritis numero, Regumq; ducumq; labores,
Ducitis æternis æui per tempora chartis:
Clara Iouis soboles, terris & amica uoluptas:
Vos quoq; dilectam rursum rediisti in urbem,
Atria doctiloqui nobis que dulcia Phœbi,
Solaq; mansuros æuo conseruat honores,
O Rosa dulce decus, salue Rosa nobilis, illos
Et mihi thesauros uenitis & frigore serua.
Sic ego, sic mecum pariter florebis, & uidi
Flabra noti, folijsq; tuis obstantia uincere
Fulgura, nec pluiae, matutineq; pruine,

Te stera

Te sternent, durusq; teret sub calce uiator.

Vernouides Nymphæ, nostris que dulcia ripis
Tecta frequentatis, iam iam lubet ire, Palemon
Quà senior, Glauciq; chorus, formosaq; Tethys,
Saltantes, fluidos diducunt ordine gressus.
Hactenus à lœtis sors inuidiosa choreis,
Vos procul exclusit: redijt iam tempus, & apti
Cœli temperies, & ceſſit uentus & imber.
Nunc ego uobis cum patriæ per pinguia terræ,
Iugera dilabar, letis & cornibus urbes
Aſpiciam, lateq; meum clarescere nomen,
Lœtaborq; meæ reuirescere tempora uite.
Interea nostro residens in littore pastor,
Aut leuis Vpilio, grandis uel membra bubulcus,
Venatorue rudiſ, textis uel retibus auceps,
Littora iucundo recreabunt nostra fufurro:
Adſtabunt Dryades, adſtabunt Naiades omnes,
Et uos ſemot.e nemorum gaudebitis umbræ.
Carmen erit pueris, sumtis quam fortiter armis,
Labantis patriæ leges, ritusq; ſacrorum
Iuuerit, inq; ſuis dextre defenderit agris,
Ille Megalburgæ ſtirps florentiſſima terræ,
Fortis Ioannes Albertus, regia uirtus
Quem fouet, & generis priſcos ostendit honores.
His addent patrij præconia debita ruris,
Aucupibus ſluas, quas pifcatoribus undas,

Pascua que pecori prestat, que munera fundat
Turrите Cereris, et quod genus acre uirorum
Educet, antiqui ueniens gens semine Vandis:
Et quam magnanimos h.ec prisco tempore Reges,
Progenuitq; duces meritis, et fortibus ausis
Insignes, pietate graues, et marte potentes.

Talia Vernouius: gracili cum corpore Nymphæ,
Et manibus, cytharisq; simul, lepidaq; chorea
Plauerunt, auræq; sonum, uolucresq; dederunt.
Et populos tante subit admiratio laudis.

Hec tibi magnorum soboles clarissima Regum,
Iohannes Alberte meis ceu debita Musis,
Cantbam, nomenq; tuum sublime ferebam,
Dum sedi uiridis fessus sub margine ripæ,
Hic ubi Vernouius Cygnea lapsus ab arce,
Dilectam Musis, et phœbos preterit urbem.
Hic iucundam huique princeps ocia praebes,
Inuiolata tuo si continuare fauore
Fas erit, ô quales dicam tibi carmine laudes,
Quas leget, æterno felix et cortice figet,
Posteritasq; tuos omnis cognoscet honores.

THVISCON ÆGLOGA III.

Forte quiescebat celso sub uertice Thuiscon,
Quaræ

Qui rapidus geminos disiungens flumine montes
Labitur, Oceani sociasq; Visurgis ad undas
Tendit, & obliquo curuat uada cœrula fluxu.
Hic ubi ulcinas oras, camposq; patentes
Vidit, & heu moſtas funum uolitare per urbes,
Pendentem ex humeris solitum contraxit amictum,
Abſtergensq; manu funum, lacrumasq; fluentes,
Rupit in has tandem uocem indignante querelas.
Ipſe ſuo ſenior triftatus & amne uifurgis,
Thuiſconis ad lachrumas, cursus ſuſpendit anhelos,
Et ueteris luſtus, & fatigato reuicit alumnus.

Et Thuiſcon: Nox o crudelis conſcia bellū,
Abde diem: nox o crescentes occule ſoles,
Ne cædes, & dira meæ certamina gentis,
Luce ſecutura cernam: ſint omnia circum,
Nigra, nec in dulces uertatur luminis auras,
Quæ ſileat, & tenebris nox moſta inuoluitur atris.
Scilicet heu magni gentem de partibus orbis,
Quam ſouii, clarumq; meo de nomine nomen,
Cui tribui: mihi quam priſcis produxit in annis,
Iapeti præſtans ueniens de ſanguine Teutha:
Hæc modo cognatas acuens in prælia turmas,
In ſua ciuili graſſatur uifcera bello.

O altrix Regum tellus, fortissima bello,
Et felix olim, dum te concordia iunxit,
Quam tua nunc trifti fors obscurata labore

B 3

Langueſ,

Languet, & antiquos nequicquam respicit annos.

O mihi belligeri, multum cariq; Nepotes,

Quod scelus, & que nam uos sic turbauit Erynnis?

Distraxitq; animos fortes, pacemq; fugauit?

Quo ruitis miseri? gladios cohibete feroceas,

Quid rigor? & tanti sibi uult insanias ferri?

O quondam dilecta dei gens inclyta, quorum

Nunc te commisit bellis, auersa uoluntas.

Has olim lachrumas, hec horrida prelia Thuisconis,

Intestina mea sperasse et vulnera gentis.

Quid non fata parant, quantum mutatus ab illo

Gentis honos nostra, Marios, fortesq; Camillos,

Dum stetit et Varum contra, Romanaq; uictrix

Agmina prostrauit, patrijsq; fugauit ab oris.

Scilicet hoc quisquam ueniens de gente priori

Thuisconis, & cernens urbes, populosq; peremptos,

Desolata suis & rura uacare colonis,

Olim Marte potens, sicut hec, Germanias dicet.

Dicet, & in lachrumas nutantia lumina soluet,

Gentis & antique uiolatum flebit honorem.

Occule luciferos tristis nox occule soles.

Theutonus heu miles nobis haec vulnera fecit,

Et queror a propriis genitor male Iesu alumnis,

Me miserum patrum quid bella externa per orbem,

Illiricas acies, & signa salacis Iberi

Conqueror, heu nostris predas auxit ab agris,

Panno.

Pannonijsq; iugis descendens Hussarū acer.
Alpinasq; niues violentis Thuscus in armis
Rumpens, crudeles, manibusq; rapacibus ambo.
Insignes: si me simplex fortuna demaret,
Et contenta malis esset Dea lubrica nostris,
Heu satis externo gemitu laniatus ab hoste.

Occule luciferos tristis nox occule soles.
Impia que nobis hostis monumenta reliquit,
Cladibus ab proprij maioribus illa nepotes
Accumulant, fuso sumantes sanguine campos,
Diruptasq; arces, disiectisq; oppida muris,
Cernimus & patriam nitidis sumare sub astris.
Ah scelus, ah nullis peritum dedecus annis,
Præmia de proprijs & talia vulnera natis,
Ipse feram genitor: iam nunc mihi terra debiscat,
Dediscamq; semel tuntos perferre dolores.

Occule luciferos tristis nox occule soles.
Iam me nulla iuvat lucentis gratia coeli,
Et nubi nil usquam pulchrum, nec amabile restat:
Et montes, Composq; uagos, sylvasq; sonantes,
Urbes cum pagis requies prior illa reliquit,
Ceſſit & ex illis nunquam redditura uoluptas.
Sed expul horrendis discordia cincta colubris,
Ex sylvis Dryadas, ex undis Naiades uidis,
Et fugat exusta tristes ex urbe Penates.
Ipsaq; Tephone tristes circumvolat agros.

Et consanguineis Satyros indicere Faunis,
Tristia bella iubet, tenduntq; ruuntq; per omne
Triste nefas, dudum coniuncti legibus arctis,
Cornigeri socij, totis & uulnera campis
Eduntur, stupet ipse polus, maculataq; tellus,
Prælia Fauorum discordia, plorat & arma.

Occule luciferos tristis nox occule soles.

O patria infelix, hec nostris præmia curis,
Digna refers ? pro te longo quas fouimus æuo,

Arce locaturum dum te confido suprema,

Progeniemq; tua fortè daturum,

Quæ regat, & totum mittat sub legibus orbem.

Cur tamen hoc demens speravi ? robur in armis,

Cum perdas proprijs, ciuilia bellaq; tractes,

Totq; duces fortes, nostro de sanguine natos,

Quos patrocinium rerum fore grande mearum

Speravi, ante diem ciuili marte carentes

Videris : ô fati sors impia : Theutona tellus,

Hæc ne nihil spolia ampla refers, hos redditis honores?

Aeternum tristes, tristis nox, occule soles.

Vos tamen o orti nostris de montibus amnes,

(Quamvis eternos uox interclusa dolores

Comprimit, & spacium lachrums manantibus aufert)

Dicite (nam coram uidistis acerba meorum

Prælia, quæ memores omni referetis in æuo)

Quot cecidere Ducum claro de sanguine nat?

Quot

Quo
Pecto
Rhei
Albi
Et ua
Qui
Dici
Quo
Hac
Vici
Aud
Ext
Cum
Has
Qu
Mir
Ven
DO
Sit
Ser
Sif
Di
AS
Te

Quot comites, fortisq; uiros, & maxima bello
Pectora, sub tumidis uiditis mortua ripis?
Rhene pater, flauisq; means conspectior undis
Albi, decus gentisq; meæ piscose uisurgis:
Et uos Ocriades Nymphæ, quæ scinditis agros,
Qui nimium large nostros haufere cruores,
Dicite perpetuo currentia flumina motu,
Quot gladios, hastasq; truces, galeasq; micantes,
Quotq; uirum strages tumidum uexistis in æquor?

Funere depresso uaga flumina sifite cursus.

Hactenus hæc Thuiscon: illum sub ualle iacentes,
Vicina Dorylas uenator, at Astilus auceps
Audiuer, pares annis florentibus, ambo
Extorres patrijs (egit Mars impius) oris.
Cumq; suas tacito uoluebant pectore curas,
Has etiam lachrumas, & pondus habentia uerba,
Quæ crebro surdas Thuiscon geminabat ad auras
Mirati, tali mulserunt æthera cantu,
Venatorq; prius, sic cœpit proximus auceps. IT 24
DORIL. Nymphæ quas uitreo flauus fouet amæ vi-
Sit mihi fas ueliro sub littore texere sertum, (surgis,
Sertum de tristi (poscunt sic fati) cupresso.
Si fortasse tamen, si tempora leti redibunt,
Dilecta Veneri cingam mea tempora Myro.
ASTIL. Montes qui gemina gelidas radice sub undas
Tendit, angusto rapidos & tramite fluctus,

ASTIL
Et gen
Retibi
Plutor
DOR
Veloc
Cura
In ni
ASTI
Omnia
Camp
Fasse
DOF
Qui
Ex n
Ita d
ASTI
Hinc
Est q
Extr
DOD
Fata
Reti
Este
ASTI
Ne

Arctatis, blandis & grata sedilia Nymphis,
Littore sub curuo, Faunis sub rupibus altis,
Et mihi cantanti gratas conceditis umbras:
Dicite, que patrios liquit procul acta Penates,
An uestris specubus, uestris uidistis in antris?
Errantem, que me torquet pulcherrima, Chloris.
DORIL. In ripis salices, pluvijsq; paludibus alni,
Nascuntur steriles Saxonis montibus erni,
Umbras buxas amat, patulas sed populus auras,
Inuigilant lacruminis, & delectantur amantes.
ASTIL. Fleuimus & patrie suspiria multa ruent,
Misimus, & pleno lachrumarum copia fluxu,
Exeditq; genas, largo profluxit & imbre,
Attamen indomitos non hæc extinxit amores.
DORIL. Gramine colludunt rores, cum matribus hæc
O mihi cum pulcra liceat colludere Nysa, (di)
Me triste exilium, me fœdāq; ledit egestas,
Non minus immitti (fatror quod) carpor amore.
ASTIL. Nec mihi se radix sylvas quæsti per omnes
Offert, que gustu pellit Synosorchis amorem,
Vror, & in meras abeunt mea pectora flammis,
Audiat hec, ad me ueniatq; citissima Chloris.
DORI. Quis tamē hic aper est sylvas, caposq; per omnes
Qui mihi perturbat lepores: si sanguine poenas (nes),
Ille daret, triuie sacrum solenne Diane
Instruerem, nemorum custos Pan ipse faucto.
ASTIL.

ASTIL. Qui saevis nostris nimium griffatur in agris,
Et genus omne fugat uolucrum, si forsitan istum,
Retibus accipitrem possem circumdare nostris,
Plutoni intorto uellem hunc dimittere cello.

DORIL. Vix toto danam, uel ceruum cepimus anno,
Veloces quamuis catulos immitttere pratis
Cura fuit, dum mane novum, dum prata ferarum,
In niue, uel teretri monstrant uestigia rore.

ASTIL. Et lini septum, rapida transcendere penna,
Omnis iam didicit uolucris, nec ualle sub ima,
Campis uel medijs, cupidus concludere prædas
Fas est, & dudum me tristis media uexat.

DORI. Dij tibi dent poenas, gratos uenantibus agros,
Qui face deformas rapida, & genus omne ferarum,
Ex nostris abigis armorum turbine syluis.

Ite domum pueri, nodosaq; tollite lina.

ASTIL. Hos casses, uario connexaq; retia tracili,
Hinc procul ad Libic solos portabimus agros,
Est quia magnarum Libic secunda uolucrum,
Extremum salue patria, æternumq; ualeto.

DORIL. Exul ab his terris ibo, quocunq; uocabunt
Fata, mihi noti saltus, uallesq; profundiæ,
Retibus his Lepores quando, seruosq; negatis,
Est salutare, extrema uos alloquor hora. (ucto,

ASTIL. Falconem puer hunc (rapida ualeat ungue) cae
Ne quæquam ex manibus tibi deuolet : ibimus omnes.

Et dæ

Et dabit ancipium, peregrinaq; terra sepulchrum.

Omnis alii fortis trillus, ut flumina pisces.

DORIL. Huc omnes Lyparisce canes, huc retia coge,

Inq; liga numerum: cineres atq; ossa meorum,

Si prope non raptus patria tellure quiescam,

Omnibus in terris, omnes sol afficit unus.

Hæc illi. At THVISON socios cum forte do-

Percepit nigre per opaca silentia noctis, (lores,

Qua redimitus erat, Regum de more, coronam

Proiecit lachrumans, nec post hac attigit, aurcam.

NYCTILVS

ÆGLOGA IIII.

Ad virum clarissimum M.

Andream Mylium.

S I placet, & graibus fas est requiescere curis,

Molliter & cantu magnos lenire labores,

Hanc, facunde Myli, mecum concede sub Alnum,

Siu placet fagus, fagus pandentibus umbras

Explicat hic ramis, solisq; refrigerat æstus.

Hic infelices referam tibi carmine flamas,

Nyctilus albentem quibus ardebeat in Alcen.

Alce que puerum præduro torcit amore,

Illiis & tandem, turba miserrante Deorum,

Mutatos waltus, & fleuit corporis artus.

Tempus

Te

Ignitu

Arctab

Et pecu

Omnis

Siu sp

Fessaq;

Corpor

Omnis

Contici

Percitu

Saxa, j

Ec

Deperi

Illa t

Me fug

Hanc e

Hanc e

Suspir

Viuit,

Ante d

Linqu

Vos ta

Siuel

Ante n

Quan

n. Tempus erat medi⁹ Phœbus cum limine cœli,

coge, Ignitum torquebat iter, flammisq; coruscans,

Arctabat calidas spacijs brevioribus umbras,

Et pecudes clausæ stabulis, cessere calori.

Omnis et in uacuis æstus uitauerat agris,

Sic specu densa, gelido uel pastor in antro.

Fessaq; uenatu syluarum gloria Phœbe,

Corpora cum Nymphis liquidis nudarat in undis:

Omnis et in ramis, lingua tardante, uolucris,

Conticuit: cum non insano Nyctilus æstro

Percitus, aut solis flamas, aut aspera uitans

Saxa, per abruptas iterabat tertia ualles.

Ecquis io, Nymphæ, crudelius arsit amator,

Deperiqtq; magis, pulcram quam Nyctilus, Alcen.

Illa tamen nostros, nostros contemnit amores,

Me fugit, et nil me percuntem respicit Alce.

Hanc ego per sylvas, et deuia rura secutus,

Hanc ego mane nouo, mœrens hanc uestere sero,

Suspiro, uitæq; mihi quod restat, in illa

Viuit, ab optato cuius si iunger amore,

Ante diem seuis mergetur Nyctilus umbris,

Linquet et ingrate crudelia tedia uite.

Vos tamen o Dryades, uos o pia numina Fauni,

Si uel amatæ unquam, uel uos constanter amatis:

Ante mihi Lachesis quam molles finiat annos,

Quam puer et saeuo (miserum) consumer amore,

Dicit

Dicite quas ualles, Alce quas pulcra latebras
Incolat, & requiem gratis quibus illa sub umbris
Captet, dum nostros male prouida fugit amores.
Dicite: quo liceat suaves mihi cernere uultus,
Vel semel, ante mei crudelia tempora fatti.
Nec tu, si qua me tangit te cura salutis,
Me fuge: te nostris infer complexibus Alce.
Et tibi que seruo, miti mea munera uultu,
Capreolas, atq; has, quas cæpimus, accipe, damas.
Cætera cum iuncti uiridi ludemus in herba
Accipies, & grata tibi mⁱ munera dices.
Heu tua quam nostris facies in sensibus hæret,
Candida quam totum tu me mihi surripis Alce,
O decus, & magnæ uis & præstantia formæ,
Tu me sola mori crudeli funere coges.
Flos breuis est formæ: nitide uer omne iuuentæ
Effugit: à nostro ne dura recede calori,
Dum tua forma sinit, uernans nec deperit etas.
Cultorem tenuis nec despice Nyctilon agri,
Et fuit Endymion, & pulcher pauper Adonis,
Se tamen huic Cypris, Phœbe se dedidit illi.
Tu mihi Luna, Cypris, Pallas, tu Regia Iuno.
Te ueniente die, te decedente requiro,
Nec cessabo, tui donec mihi copia uultus
Fiat, & optato tecum coniunger amore.
Huc ades o nostri diuturnus pectoris ardor,

Ardor.

Ardor, qu
Pectus in
Vndarum
Sed mihi
Nyct
Emicat, u
Nec puer
Hic subit,
Et quibus
His puer
Et secum
Hæc mihi
Desit, e
Nec cibu
Pallidus
Alcen o
Aut auis
Vibrasse
Cogerer
Non pro
Immatu
Diminu
Et muhi
Vixq; p
Admoni
Si sapit

Ardor, quem null'e poterint restinguere lymphæ,
Pectus in hoc magnus toto licet agmine Nereus,
Vndarumq; omni fūsus de fonte, redundet,
Sed mihi conceptos mors finiet una furores.

Nyctlus hac : tamen illa fugit, cursuq; citato
Emicat, ut toruum que uitat dama leonem,
Nec pueri fletus, nec uerba precantia curat,
Hic subit, & cursu pariterq; calescit amore,
Et quibus imprestit Alce uestiga terris,
His puer humudula lachrumans dedit oscula fronte,
Et secum magni numen miratus moris,
Haec mihi non, inquit, toto dementia lustro
Desit, & nullis crescit medicabilis herbis,
Nec cibus, aut solitus reficit mea corpora potus,
Pallidus in syluis, umbræq; simillimus, erro.
Alcen ô utiram cum prima uidimus hora,
Aut avis in syluis, gelida uel piscis in unda,
Vibrassem natis ponti uada cœrula pinnis,
Cogerer in tantos sic non uigilare dolores,
Non profecturis Alcenq; incessere uotis.
Immatura mee que iam mihi fata iuuentæ,
Diminuet, stygijs predam me tradet & umbris.
Et mihi iam toto descendit corpore pestis,
Vixq; pedes duco. Vos ô quoscunq; relinquam,
Admoniti pueri nostris his casibus este,
Si sapit, & cautos querat sibi quisquis amores.

Lam

Montib
Tristis,
Vitat au
Nox ub
Clam tu
Vocibus
Non po

Iamq; fatigato lachrumanti spiritus ore,
Excessurus erat: ueterem cum forte sub ornatum
Declinans, solem tristis, lunamq; uagantem,
Extremo aspiciens: uos ô mihi lumina testes,
Ardoris, dixit, iuste q; estote querelæ.
Vosq; leues auræ, quas non captabimus ultra,
Estote salutare, pulcra dum spernor ab Alce,
Hac ego postremum mœstus uos alloquor hora.
Cur tamen ô Alce nostras tam dura querelas,
Et tibi quos seruo, fidos contemnis amores?
Immemor, & lacrumas, suspiria nostraq; ridest?
Cum tu sola meos possis relevare dolores.
Iamq; uale, quamuis nobis aduersa, recedet
Non tuus æternum nostro de pectore multus.
Te queram, medijs & amabo mortuus umbris.
Alce iterum mihi dura uale, uale unica mentis,
Cur amee, uos & sylue, saltusq; paterni,
Et gelidi fontes, & dulcia prata ualete.
Terra parens rerum, blandi uos ætheris ignes,
